que pacto dies aquis et aliis necessariis honerarentur a
nobis ipsi salubriter navigantes tempus erat
at adeo domino concedente paratum quod navigia quibus
comitiva nostra et familia post octavam diem prime mo-
cionis navium recepte fuerint infra dies .xi. suf-
ficienter copia sed navium tanta habuimus quod pro
defectu peregrinorum multa in portu navigia remanse-
runt. de corruptela sed aeris que multos peregrinos pre-
ter divina providencia que provideri non potest ab
homine diversas mundi partes et regionem nostram consueto occul-
to iudicio flagellavit nulli magis quam nobis mo-
lestum extitit et dampnosum nam in persona propria
sensimus de quo aliis condolemus. postea non resumpta
convalescencia galeas ingressi fuimus nos et di-
lectus consanguineus noster lantgravius vestigia predecessor-
um secuturi ubi cum subita invasit utrumque tur-
bacio quod et nos in graviorem recidimus recidivam
et idem lantgravius post accessum nostrum apud ydron-
tum de medio proh dolor est sublatus in cuius decessu
singultivi animo consternati pati cepimus vehementer tunc
principes quoque illustres personas orientalium parcium
que presentes nobiscum aderant super nostro transfreta-
cionis proposito consulentes qui viso et inspectato
statu persone nostre quibuslibet circumstanciis indaga-
tis consulendum de transitu non viderunt quia igitur
veniales erant per se nosmet ipsos cum a nobis vita
salusque multorum dependeat propter quod dilata est pro
persone nostre transfretacio pro convalescencia resu-
menda. sed dante domino non oblata qua fervor ca-
ti donec spes est in corpore presidium aliquod non
valebit extingui commisimus dilecto principi
et consanguineo nostro duci de Limburch interim usque ad
felicem transitum nostrum curam tocius exercitus et a-
ni et .l. galeas que pro transfretacione erant armate
in portu assignari scientibus venerabili patri patriar-
che Ierosolimitano magistro domus Theutonicorum et ali-
is magnatibus transituris de quibus non nisi
.xx. pro eorum itinere recipere voluerunt. nos
autem ad succursum eorum quos premisimus et
ad terre sancte subsidium intendentes competentem
in galeis usellis et sagittis selandris alis-
que fecimus apparatum proponentes in estate futu-
ra circa medietatem mensis maii quod tempus est aptius
et magis efficax per mare navigantibus oportunum
in mari potencia transfretare. cumque singula per
duos de iudicibus magne curie nostre nostros nuncios
et fideles in conspectu apostolico misimus proponenda dum spe-
raremus a patre patrum potius consolacionis antidotum com-
passionis benigne et remedium consequi salutare
dominus apostolicus eosdem nuncios nostros recipere noluit
nec audire quin pocius ad postulacionem eorundem
nunciorum contradictores et iudices non concedens infirmi-
tatis nostre causam inevitabili non inspecto solucione non
considerata pecunie quantitate nec militibus ad nostra sti-
pendia transmissis anno revolutis quod non absque max-
ima cordis anxietate presumimus denunciavit in nos per
eisdem tribus capitulis in quibus cum defectus non sit ex
factum quod sic placet allegat in deserte quod pro lege transfreta-
remus quod non misimus .c. milia unciarum quod duxi-
mus mille milites tenendos ad biennium ad stipendia
nostra pro subsidio terre sancte quantum ad delibandum. sed licet
provinciale concilium omnium prelatorum ytalie convocassemus
sollempnes nuncios ad sedem apostolicam replica-
vimus videlicet regini et barensem archiepiscopos ducem

Spoleti et comitem Henricum familiares nostros et pro-
curatores nostros in eadem causa statutos a nobis ad
proponendum in presencia omnium quod licet passagium nostre transfreta-
cionem infirmitas que in promptu est cuius adhuc
manent vestigia impedivit et quod in presenciarum ultra
mille milites nostros in transmarinis partibus ad nostra
stipendia pro dicto servicio tenemus videlicet septingen-
tos transalpinos per manus magistri domus Theutoni-
corum ad nostra stipendia solidatos .cc. et .l. milites
regni nostri quos anno preterito de pecunia ecclesie quieta-
tos sequenti anno ad solidos nostros ibi fecimus de-
tineri quod inter familiam nostram et alios nostros regni
milites qui ad expensas nostras in transacto passagio
transierunt sunt scilicet centum et insuper quadringentos mi-
lites nobis a Lombardis ecclesia mediante promis-
sos ultra quam ex promissione tenebamur deputa-
vimus pro eodem servicio deputandos non dilacione et
more ipsorum pro quibus accelerari debuant consensissent
quod et de .c. milibus unciarum insuper tunc temporis magi-
ster domus Theutonicorum quando unus destitutus ad
ipsam pecuniam reservandam petiit assignari se ci-
clam in Brundusium per quartam solucionem .xx. milium
unciarum et ipsam recepit et uncias habuit persolutas
sicut dominus apostolicus in presencia fratrum et omnium prelatorum
presentibus quoque nunciis nostris sic eos recepimus
in vigilia sancti Martini extitit recordatus quod dictus
magister pro nobis absolucionem habuit. residuo vero vigin-
ti milium unciarum que tenebamur in nostra transfreta-
cione deferre cum comitiva nostra promisimus et parati erant
nuncii nostri et procuratores facere plenam fidem que prius quam
consulerent audiri debuerunt eos ordine preposito iuris
in quo sunt servatum proposituri vix admisit quod primo con-
sultatis semotim per se singulos prelatorum cum
consilio procedulam assignato premonitis ut uni-
versis dictis ne ad deliberacionem qualicumque prehabita disseri-
rent eisdem nunciis et procuratoribus nostris audienciam pre-
termittit deliberant postmodum cum prelatis et nunci-
os nostros ulterius non admittens iustis excusacionibus
et causis racionabilibus non receptis et clausis eisdem pro-
curatoribus et nunciis nostris hostiis iusticie quod apud
sedem apostolicam patet omnibus movent renunciacionem
pro ut volunt replicavit post hec iterum qui sunt
fideles ecclesie quos dominum quos de iure sunt muni-
ficencia consecuta tam cito quod eis innotuit apud
Brundusium nos intrasse galeas instigan-
tibus illis qui sibi beneficiorum nostrorum reminiscentur pro-
hibuisse debuiant absque legatorum permissione nulla-
tenus acceptassent fines regni nostri armata ma-
nu hostiliter invaserunt fideles nostros qui quendam
rebellem nostrum in arcius obsidebant confundere satagen-
tes sed dextra domini faciente devicti et effugati a nostris
fidelibus inciderunt in laqueum quem tendebant que
omnia super dictum cupimus ad universalem noticiam per-
venire in veritate puritatem talem fuissent rei serie-
m expressimus et nos penitus inculpabiles coram celo
et orbe terrarum ineffabiliter protestantes ut universi
et singuli sciatis plenius cognoscatis mani-
festam iniuriam et gravamen que pro tot predictis obse-
quiis et exemplis a nobis proferre consuevimus a quibus
nos et universalis optata orbis per crucifixi negocio su-
ffragia speravimus nos igitur quantumcumque interiorem
lacescentis ecclesie excandeat quia puritatem habentes
conscienciam de iudiciis dei confidimus pocius quam timemus
iuste maledicentibus scripturam clamante benedic-